Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

luxuria. ydolor. furor. inimicicie. contencones. emu
lacones. ire. rixe. dissensiones. sectae. invidie. homicidia. ebri
etates. comessaciones. et his similia. Que predico vobis. sicut
predixi. quod qui talia agunt. regnum dei non consequentur. Fructus
autem spiritus est. caritas. gaudium. pax. patencia. longanimitas.
bonitas benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continencia.
castitas. Adversus hujusmodi non est lex. Qui autem sunt xpi. carnem
suam crucifixerunt. cum vitiis et concupiscentiis. Gr. Bonum est confiteri.
Pri. fia. vi. Ad v. ra
Quoniam deus magnus dominus
et rex magnus super omnem terram.
In illo t. Cum iret ihs in ierlm. transiebat per mediam Lucam.
samariam. et galileam. Et cum ingrederetur quedam castellum. occurrerunt
ei decem viri leprosi. Qui steterunt alonge. et levaverunt vocem
dicentes. Jhu preceptor. miserere nri. Quos ut vidit dixit.
Ite. ostendite vos sacerdotib. Et factum est dum irent. mundati
sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est. reversus est cum
magna voce. magnificans dm. Et cecidit in faciem ante pedes eius.
gracias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihs dixit.
Nonne decem mundati sunt. et novem ubi sunt. Non est inventus
qui rediret et daret gliam deo. nisi hic alienigena. Et ait illi.
Surge et vade qa fides tua te salvum fecit. off. In mitrat angis.
Pri. fia. v. p. Invocavi. Sec. Concede nobis dne qs. ut hec hostia
salutaris et nobis fiat purgatio peccatorum. et tue propitiacio po
testatis. P. Pfacio. Qui es vnig. co. Panis quem. Pri. fia. v. eadem co.
Purificent semp et muniant tua sacramenta nos ds. et
ad perpetue ducant salvacionis effectum. P. Dom. xv.